13	356	50	21	49	34	51	35	341	17	13	3	8	49	10
14	356	35	46	34	56	0	10	35	13	55	35	41	48	20
15	356	21	11	20	17	8	45	89	10	38	8	14	47	30
16	356	6	36	5	38	17	20	143	7	20	40	47	46	40
17	355	52	0	50	59	25	55	197	4	3	13	20	45	50
18	355	37	25	36	20	34	30	251	0	45	45	53	45	0

Longitudinis Partes						Inæqualitatis Partes								
Horæ	1	2	3	4	5	1	2	3	4	5				
1	0	2	27	50	43	3	1	0	7	46	0	17	28	59
2	0	4	55	41	26	6	2	0	15	32	0	34	57	59
3	0	7	23	32	9	9	3	0	23	18	0	52	26	58
4	0	9	51	22	52	12	5	0	31	4	1	9	55	58
5	0	12	19	13	35	15	6	0	38	58	1	27	24	57
6	0	14	47	4	18	18	7	0	46	36	1	44	53	57
7	0	17	14	55	1	21	9	0	54	22	2	3	22	57
8	0	19	42	45	44	24	10	1	2	8	2	19	51	56
9	0	22	10	36	27	27	11	1	9	54	2	37	20	56
10	0	24	38	27	10	30	12	1	17	40	2	54	49	55
11	0	27	6	17	53	33	14	1	25	26	3	12	18	55
12	0	29	34	8	36	36	15	1	33	12	3	29	47	55
13	0	32	1	59	19	39	16	1	40	58	3	47	16	54
14	0	34	29	50	2	42	18	1	48	44	4	44	5	54
15	0	36	57	40	45	45	19	1	56	30	4	22	14	53
16	0	39	25	31	28	48	20	2	4	16	4	39	43	53
17	0	41	53	22	11	51	21	2	12	2	4	57	12	52
18	0	44	21	12	54	54	23	2	19	48	5	14	41	52
19	0	46	49	3	37	57	24	2	27	34	5	32	10	51
20	0	49	16	54	21	0	25	2	35	20	5	49	39	51
21	0	51	44	45	4	3	27	2	43	6	6	7	8	51
22	0	54	12	35	47	6	28	2	50	52	6	24	37	50
23	0	56	40	26	30	9	29	2	58	38	6	42	6	50
24	0	59	8	17	13	12	31	3	6	24	6	59	35	50

Almage.

LIBER IX

Tabula.M.M.Longitudinis & inaequalitatis. ☿

Mensis	Longitudinis Partes							Inaequalitatis Partes							
	5	10	15	20	25	30	35	5	10	15	20	25	30	35	40
30	29	34	8	36	36	15	30	93	12	3	29	47	55	0	
60	59	8	17	13	12	31	0	186	24	6	59	35	50	0	
90	88	42	25	49	48	46	30	279	36	10	29	23	45	0	
120	118	16	34	26	25	2	0	12	48	13	59	11	40	0	
150	147	50	43	3	1	17	30	106	0	17	28	59	35	0	
180	177	24	51	39	37	33	0	199	12	20	58	47	30	0	
210	206	59	0	16	13	48	30	292	24	24	28	35	25	0	
240	236	33	8	52	50	4	0	25	36	27	58	23	20	0	
270	266	7	17	29	26	19	30	118	48	31	28	11	15	0	
300	295	41	26	6	2	35	0	212	0	34	57	59	10	0	
330	325	15	34	42	38	50	30	305	12	38	27	47	5	0	
360	354	49	43	19	15	6	0	38	24	41	57	35	0	0	

Dies	Longitudinis Partes							Inaequalitatis Partes.						
1	0	59	8	17	13	12	31	3	0	24	6	59	35	50
2	1	58	16	34	26	25	2	6	12	48	13	59	11	40
3	2	57	24	51	39	37	33	9	19	12	20	58	47	30
4	3	56	33	8	52	50	4	12	25	36	27	58	23	20
5	4	55	41	26	6	2	35	15	32	0	34	57	59	10
6	5	54	49	43	19	15	6	18	38	24	41	57	35	0
7	6	53	58	0	32	27	37	21	44	48	40	57	10	50
8	7	53	6	17	45	40	8	24	51	12	55	56	46	40
9	8	52	14	31	58	52	39	27	57	37	2	56	22	30
10	9	51	22	52	12	5	10	31	4	1	9	55	58	20
11	10	50	31	9	25	17	41	34	10	25	10	55	34	10
12	11	49	39	16	38	30	12	37	16	45	23	55	10	0
13	12	48	47	43	51	42	43	40	23	13	30	54	45	50
14	13	47	56	1	4	55	14	43	29	37	37	54	21	40
15	14	47	4	18	18	7	45	46	36	1	44	53	57	30
16	15	46	12	35	31	20	16	49	42	25	51	53	33	20
17	16	45	20	52	44	32	47	52	48	49	50	53	9	10
18	17	44	29	9	57	45	18	55	55	14	5	52	45	0
19	18	43	37	27	10	57	49	59	1	38	12	52	20	50
20	19	42	45	44	24	10	20	62	8	2	19	51	56	40
21	20	41	54	1	37	22	51	65	14	26	26	51	32	30
22	21	41	2	18	50	35	22	68	20	50	33	51	8	20
23	22	40	10	35	3	47	53	71	27	14	40	50	44	10
24	23	39	18	53	17	0	24	74	33	30	47	50	20	0
25	24	38	27	10	30	12	55	77	40	2	54	49	55	50
26	25	37	35	27	43	25	26	80	46	27	1	49	31	40
27	26	36	43	44	56	37	57	83	52	51	8	49	7	30
28	27	35	52	2	9	50	28	86	59	15	15	48	43	20
29	28	35	0	19	23	2	59	90	5	39	22	48	19	10
30	29	34	8	36	36	15	30	93	12	3	29	47	55	0

De his quæ præmittuntur ad doctrinam motuum quinque planetarum. Cap. V.


VM AVTEM sequatur deinceps ut de inæqualitatibus quæ sunt in motu longitudinis quinque planetarum uerba faciamus. Vniuersalior quidē expositio his rationibus facta est nobis. Nam cum simplicissimi atque sufficientes ad demonstrandum duo motus sint ut diximus alter qui per eccentricos ad zodiacum circulos fit. Alter qui per concentricos quidem sed in quibus epicicli circūducuntur: cuius similiter inæqualitates quæ in singulis planetis conspiciuntur duæ sunt. Altera quæ penes zodiaci partes consideratur. Altera quæ penes aspectus solares. In hac quidē per crebros atque diuersos & in eisdem zodiaci partibus consideratos quinque planetarum aspectus. Tempus quidē est a maxima ad mediam semper maius tempore quod est a media ad minimam inuenimus: quod accidens in excentricitatis suppositione fieri non potest. Sed huius contrarium propterea quod semper in ipsa maximus motus in minima longitudine fit. Et in utrisque suppositionibus arcus qui a minima longitudine usque ad punctum mediū transitus est. Minor fit quod arcus ab hoc ipso puncto usque ad maximam longitudinem. Secundū uero epiciclorum suppositionē tunc potest accidere: quando maximus motus non in minima longitudine sicut in luna sed in maxima efficitur: hoc est quādo stella moueri a maxima longitudine incipiens non ad præcedentia mundi ut luna sed ad succedentia progreditur. Hac de causa inæqualitatem huius motus per epiciclos fieri supponimus. Inæqualitatis autem (quæ ad partes zodiaci consideratur per apparitionem ad eandem uel aspectum ad eos de interceptos zodiaci arcus contra inuenimus tempus a motu minimo ad mediū) Maius semper est quod a medio ad maximum: quod rursus accidens quāuis utriusque suppositioni accommodari possit: sicuti cum de sole ac de similitudine ipsarum ageremus dictum est. Magis tamen excentricitatis suppositioni conuenit: quia & fieri hanc inæqualitatem supponimus: quoniam & altera suppositioni alteri accommodari proprie inuenitur. Iam autē per crebram obseruationem particulariter motuum examinationem atque comparisonem ad locos qui ex utraque suppositionum compositione constituuntur non ita simpliciter fieri posse percepimus: neque qui superficies in quibus eccentricos describimus immobiles sint permanere semper in eisdem distantis a tropicis uel æquinoctialibus punctis linea quæ est inter utraque centra ipsorum & obliqui solaris in quod maximæ & minimæ longitudines considerantur: neque quia epicicli in his eccentricis habeant centra sua. Quorum sunt illa centra ad quæ circūducti æqualiter ad successione æquales in temporibus æqualibus angulos intercipiunt. Sed maxime excentricorum quoque circulorum paruū quendam ad successione punctorum solstitialium progressum facere æquale rursus & quasi ad zodiaci centrum tantumque ferme in singulis quinque: quātum sphaera fixarum facere reperitur: hoc est gradum unum in centum annis. Quātum ex præsentibus conspiciere possumus: centra etiā epiciclorum in circulis fieri quæ æquales quidē facientibus in æqualitatem excentricis sunt: sed non in eisdem centrīs descripti: sed in ceteris quidem centrīs quæ diuidunt æqualiter lineas quæ sunt inter centra illorum zodiaci. In solo autē Mercurio. In centro quidē tantū distat a circūducto centro: quantum & ipsum a facietis inæqualitatem centro quæ uersus maximam longitudinē distat. Et hoc a centro ubi uisus esse supponit. In hac enim etiā stella solū modo sic etiā in luna inuenimus. Eccentricū quoque circulū circūduci a prædicto centro contra epiciclū in præcedentia. Rursus unā in anno reuolutionē: quoniam ipsa quoque bis in una reuolutione proxima terræ fieri cernitur: ueluti & luna bis in mense uno.

De modo & differentia suppositionum.


ED MODVS iste suppositionū quæ propter prædicta colligunt sic itellectu facilius erit. Intelligat enim in suppositione quod ceteros primū. A. B. C. circulus eccentricus cuius centrum. D. & diameter p. D. atque per zodiaci centrum sit. A. G. D. in qua centrum zodiaci hoc est centrum uisus sit. E. punctum quod faciat ut. A. quod maxima sit longitudine. G. uero minima & æqualiter diuisa linea. D. E. in puncto. F. & spatio æquali. D. A. describat circulus. I. T. C. circulo. A. B. C. æqualis.

Almage.


n 2




Deinde centro. T. describatur. L. M. epiciclus & cōiungatur. L. T. M. D. Primum igitur supponamus excētricōꝝ superficiem circuloꝝ obliquā esse ad superficiē circuli per mediū signorū. Et similiter superficiē epicicli ad superficiē excētricorū propter motū stellarum s̄m latitudinē/ut loco suo demonstrabimus:& tamē quātum ad motus longitudinis gr̄a facilitatis in una omnes zodiaci superficie fitas esse nulla differentia (de qua curādum sit) penes tantas declinationes quātā in singulis perspiciuntur futura. Deinde totam quidē superficiē æqualiter ad successione signorū: circa E. centrū dicimus circūduci traducereq; maximam & minimam longitudinem uno gradu in centum annis. Epicicli uero diametrum. L. T. M. circūduci a centro. D. æqualiter rursus ad successione signorū consequenter ad restitutionem motus longitudinis stellæ. Circūducereq; L. & M. epicicli puncta & centrum quod semper fertur per excētricū. I. T. C. stellā quoq; ipsam in epiciclo. L. M. æqualiter rursus moueri/restitutionesq; ad diametrum semper ad. D. centrum declinatā facere æqualiter medio motui inæqualitatis ad solem & quasi progressus maximæ longitudinis L. puncti ad successione signorum efficiatur.




Proprietatem autem suppositionis Mercurii sic ante oculos ponemus: sit enim circulus. A. B. C. inæqualitatis excētricus cuius centrum. D. & diameter per. D. & E. zodiaci centrū & a maxima longitudine sit. A. D. E. C. sumaturq; in. A. C. diametro uersus. A. maximæ distantia punctū linea. D. F. linea. D. E. æqualis. Ceteris igitur eisdē permanētibus hoc est q̄ tota superficies circa. E. centrū ad successione/Maximā longitudinem traducat tantū quātū & in ceteris stellis: & q̄ epiciclus circa. D. centrū æqualiter a linea. D. T. ad successione circūducatur:& ad hæc q̄ stella in epiciclo moueatur similiter ceteris hic centrū alterius excētricī qui semper æqualis primo ponitur,& in quo centrū epicicli erit circūducetur circa. F. punctū in contrarium epicicli hoc est in præcedentia signorū æqualiter æqualiq; uelocitate ipsi tanq̄ a linea F. I. T. Ut ad zodiaci quidē puncta semel utraq; linearū. D. B. & F. I. T. in anno restituatur. Bis uero inter se uidelicet distabitq; semper et ipsum ab. F. puncto per lineā æqualē alterutri linearum. E. D. & D. F. sicut per lineā. F. I. ut paruis circulus qui a motu ipsius ad præcedentia centro. F. & spatio. F. I. describitur: semper etiam p. D. centrū primi stabilisq; excētricī terminetur/semperq; mobilis excētricus centro. I. & spatio. I. T. æquali. D. A. describatur ut hic excētricus. T. C. utq; semper epiciclus centrum in ipso habeat ut hic in puncto. T. sed magis supposita hæc assequemur ex demonstrandis de magnitudinibus ipsarum per unguolos/unde etiā quā quodā modo ad intelligendas has suppositiones induxerūt per figuras passim apparebunt/primittendū tamen q̄ cū motus s̄m longitudinē non restituatur ad puncta circuli per mediū signorū:nec ad maximas minimasue excētricorū distantias propter suppositā eorū transgressionē. Motus longitudinis modo p̄dicto nobis expositi non continent restitutiones quæ ad maximas longitudes excētricorū considerantur. Sed eas quæ ad solstitialia & æquinoctialia puncta fiant/consequenter ad annum tēporis (s̄m nos) spatiū. Primū igitur demonstrandū q̄ s̄m etiam has suppositiones quando medius stellæ motus s̄m longitudinē æqualiter utraq; a maximis & minimis longitudinibus distat/tunc differentia quæ fit penes inæqualitatem zodiaci æqualis in utraq; distantia colligitur:& maxima distantia quæ fit in epiciclo ad easdē medij transitus partes. Sit enim excētricus. A. B. C. D. circulus cuius centrum. E. & diameter. A. E. C. in qua zodiaci centrum sit. F. Centrum autem excētricī facientis inæqualitatem/circa quod medium epicicli motum æqualiter fieri asserimus: sit. I. & protrahantur. B. I. T. & D. I. C. lineæ/æqualiter utraq; distans ab. A. maximæ longitudinis puncto/ut. A. I. B. & A. I. D. anguli æquales sint/& describatur in. B. & D. punctis epicicli æquales/coniunganturq; B. F. & D. F. lineæ & ducantur ab. F. cernētium uisu ad easdē partes quæ tangant epiciclos lineæ. F. L. & F. M. Dico. F. B. I. angulum differentia (quæ penes inæqualitatem zodiaci fit) æqualem esse angulo I. D. F. & angulum. B. F. L. maximæ distantia quæ penes epiciclum est æqualem eē similiter angulo. D. F. M. sic enim magnitudines etiam ex positione a medio motu distantiarum commutatim captarum æquales erunt. Protrahantur præterea ex. B. quidem & D. ad lineas. F. L. & F. M. perpendiculares. B. L. & D. M. ex puncto



autem. E. ad lineas. B. & D. C. perpendiculares. E. N. & E. X. quoniam igitur angulus. X. I. E. æqualis est angulo. N. I. E. suntque recti anguli. N. & X. estque triangulorum æquiangulorum latus. E. I. commune. æqualis est. N. I. quidem linea. X. I. perpendicularis uero. E. N. perpendiculari. E. X. Lineæ igitur. B. T. & D. C. ab. E. centro æqualiter distant. æquales igitur sunt & ipsæ dimidiæ ipsarum quare. B. I. reliqua. D. I. reliquæ æqualis est. Est autem etiam linea. I. F. communis. & anguli qui sunt sub æquis lateribus. B. I. F. & D. I. F. æqualis. Quare basis quoque. B. F. æqualis est basi. D. F. & angulus. I. B. F. angulo. I. D. F. æqualis. est autem etiam. B. L. semidiameter epicycli. D. M. semidiametro æqualis. & anguli qui sunt in. L. & in. M. recti. Quare angulus quoque. B. F. L. angulo. D. F. M. æqualis est.



¶ Sit et gr̃a Mercurialis suppositionis. A. B. C. diameter per centra & per maximã circulorum longitudinem. & A. quidem centrũ zodiaci esse supponatur. B. autem centrum excentrici facientis inæqualitatem. C. uero punctum sit circa quod centrũ excentrici deferentis epicyclum moueatur. & perducatur rursus ad utrãque partem. B. D. & B. E. lineæ motus æqualis & ad successionem epicycli & C. F. ac. G. I. circũduktionis æqualiter uelocis ad excentrici præcedentia. ut anguli qui sunt in. G. & in. B. fiant æquales & B. D. fiat æquidistans lineæ. C. F. & similiter. B. E. lineæ. G. I. excentricorum centra suntque ipsa. T. & C. & descripti in his centr̃is excentrici (in quibus epicycli sunt) transeant per puncta. D. & E. Descriptis rursus (circa. D. & E. puncta) æqualibus epicyclis coniungatur. A. D. & A. E. lineæ producenturque tangentes epicyclos ad easdem partes lineæ. A. L. & A. M. Demonstrandum igitur est quod est sic. A. D. B. angulus differentie quæ est propter inæqualitatem zodiaci æqualis est angulo. A. E. B. Angulus uero. D. A. L. maximæ penes epicyclum distantie. angulo. A. E. M. Coniungantur enim lineæ. B. T. & B. C. & T. D. & C. E. deducanturque ex. G. quidem puncto ad. B. D. & B. X. perpendicularis. G. N. & C. X. A punctis uero. D. & E. ad lineas quidem. C. F. & C. I. perpendicularis. D. F. & E. I. ad lineas uero. A. L. & A. M. perpendiculares. D. L. & E. M. quoniam igitur. G. B. N. Angulus æqualis est angulo. G. B. X. suntque anguli in. N. & in. X. recti & linea C. B. communis erit. linea quoque. G. N. lineæ. C. X. æqualis. hoc est linea D. F. lineæ. E. I. Est autem etiã. D. T. lineæ æqualis. C. E. Anguli in. F. & in. L. recti. Erit ergo angulus quoque. D. T. F. æqualis angulo. E. C. I. & angulus. C. T. B. angulo. C. C. B. propterea quod linea quoque. T. G. æqualis est supponitur lineæ. C. C. & linea. G. B. communis. & angulus. T. G. B. angulo. C. G. B. æqualis. & reliquus ergo angulus. B. T. D. angulo. B. C. E. æqualis est & basis. B. D. basi. B. E. æqualis sed. B. A. linea communis rursus est angulusque. D. B. A. Angulo. E. B. A. æqualis. quare basis quoque. A. D. basi. A. E. æqualis. & angulus A. D. B. angulo. A. E. B. qua propter quoniam. D. L. quoque linea æqualis est lineæ. E. M. & anguli qui sunt in. L. & in. M. æquales. erit etiam. D. A. L. angulus æqualis angulo. A. E. M. quæ nobis erat demonstranda.



¶ Demonstratio maximæ Mercurii longitudinis & motus eius. Cap. VII.

IS ITA perspectis primo cæpimus in quibus partibus circuli per medium signorum maxima Mercurii longitudo inuenitur: hoc modo inuestigauimus. inuenimusque maximarum distantiarum obseruationes. In quibus matutini motus æqualiter sicut & uespertini a solis medio motu. hoc est a medio ipsius stellæ distabant. hoc enim inuento necesse est propter per demonstrata. ut punctum zodiaci quod est inter duos motus maximam excentrici longitudinem contineat. ¶ Cæpimus igitur ad hoc obseruationes paucas quidem. propterea quod raro huiusmodi coniugationem exquisite possumus assequi: sed quibus possit ante oculos propositum poni. Quarum posteriores istæ sunt. obseruauimus enim nos ipsi per Astrolabium sextodecimo Adriani anno. Phamenoth (scilicet ægyptios) 16. sequente decima septima uesperis Mercurii stellam maxime a medio Almage.

¶ Ptolomæi obseruatio 16. Adriani regno.



Ptolemy's observation
Regno. 4. Antonini.



Secundum Dionysium
Aquarionis mense
Lunas tres uidelicet
Tres lunares diametres

Tauronis

Geminionis

ostendo innotuit
... ..

Solis motu distantem: quæ perspecta ad fulgentem succularum cemebatur primum gradum piscium per longitudinem obtinere. Obtinebat autem tunc sol medio suo motu. 9. 45. gra. Aquarii quare uespertina maxima a medio motu distantia. 21. 15. graduum erat. ¶ Decimo & octauo anno Adriani epiphi fm ægyptios die. 18. sequente. 19. in mane cum mercurius esset in maxima distantia ac ualde tenuis & exiguus uidere: perspiciebatur ad fulgentem succularum similiter. 18. 45. Tauri gradus obtinere. Erat autem medio motu tunc sol in. 10. gradibus geminorum quare hic quoque maxima distantia matutina. 21. 15. graduum æqualiter fuit. Quoniam igitur in altera obseruatione medius stellæ motus. 9. 45. gradus Aquarii in altera geminorum gradibus. 10. obtinebat & punctum circuli per medium inter hos gradus esset in. 9. 56. 39. Arietis in hoc situ profecto erat diameter quæ per maximam longitudinem est. ¶ Obseruauimus rursus per Afrolabium primo Antonini anno die. 20. epiphi sequente 21. uesperis stellam Mercurii maxime a medio solis motu distantem / quæ perspecta tunc ad cor leonis uidebatur. 7. gra. Cancræ obtinere. Erat autem in eo tempore sol in gradu Geminorum. 10. 30. Quare maxima a medio motu distantia uespertina graduum fuit. 26. 30. ¶ Similiter in quarto etiã anno Antonini Phamenoth. 18. sequente. 19. in mane cum maxima rursus esset distantia perspeximus ipsam ad stellam fixam quæ uocatur Antares eratque in. 13. 30. gradibus Capricorni. Medius autem sol erat in 10. gradibus Aquarii. Quare hic quoque maxima a medio motu distantia matutina. 26. 30. graduum æqualiter erat. ¶ Quoniam igitur in altera obseruatione medius stellæ motus. 10. 30. Geminorum. In altera. 10. Aquarii gradus obtinebat. Punctum autem quod inrer hæc est. 10. 15. libræ gradus obtinet in pfato situ diameter quæ per maximam longitudinem est tunc inueniebatur. Ex his igitur obseruationibus in. 10. gradibus proxime uel Arietis uel Libræ maximam longitudinem esse inuenimus. ¶ Ex præcis uero quæ in maximis distantibus fuerant captæ in. 6. proxime grad. eorundem signorum ut hinc facile quispiam cõputauerit. Anno enim uigesimo tertio (fm Dionysium) Aquarionis die. 29. Mercurius matutinus distabat a fulgentissima caudula Capricorni ad septentrionem lunas tres. Sed hæc fixa stella fm principia nostra quæ sunt a tropicis & æquinoctialibus punctis obtinebat gradus capricorni. 22. 20. quot & Mercurii stella. Medius autem sol. 18. 10. gra. Aquarii. Erat enim tempus. 486. annorum Nabonassar. chiac fm ægyptios. 17. sequente. 18. in mane. Fuit ergo maxima matutina a medio motu distantia graduum. 25. 50. huic æqualem exacte maximam uespertinam distantiam in obseruationibus quæ ad nos peruenerunt non inuenimus. ¶ Per duas autem æquales proxime hoc modo æqualem cõputauimus nam in eodem. 23. anno (fm Dionysium) Tauronis die quarto uesperis distabat ad successionem Mercurius a linea cornuum Tauri per tres lunas. Videbaturque pertransiens habiturus distantiam a cõmuni ad meridiem maiorem quã trium lunarum: ut rursus (fm principia nostra) 23. 40. gra. Tauri obtineret: & erat tempus annorum rursus a Nabonassar. 486. Phamenoth. fm ægyptios. 30. sequentis phamenothis uesperis quando medius sol obtinebat. 23. 30. Arietis. Fuit ergo maxima a medio motu uespertina distantia graduum. 24. 10. ¶ Anno autem. 28. (fm Dionysium) Geminionis septimo uesperis per rectam lineam erat maxime ad capita Geminorum. In meridie autem distabat ab australi (tertia lunari parte) minusque dupli. illius quoque capita inter se distat. ¶ Rursus igitur Mercurii tunc stella fm principia nostra. 29. 20. Geminorum gradus obtinebat & est tempus annorum. 491. a Nabonassar phamenothis fm ægyptios die quinto sequente sexto quando sol medius in. 25. 50. Geminorum gradibus erat. Fuit ergo hæc quoque distantia graduum. 26. 30. Quoniam igitur cum medius motus esset in. 29. 30. gra. Arietis maxima distantia fuit graduum. 24. 10. Cum uero esset in geminorum gradibus. 25. 50. Tunc distantia fuit graduum. 26. 30. eratque matutina. Cuius coniugata distantia gra. 25. 50. erit per excessum duarum obseruationum quas modo subiecimur: colligitur enim mediorum quidem motuum excessus gra. 33. 20. Maximarum uero distantiarum graduum. 220. Itaque unum gradum & sexagesimum. 40. quibus. 24. 10. gradus exceduntur a. 25. 50. gradibus. 24. proxime congruunt. Quos si. 29. 30. gradus Arietis addiderimus habebimus medium motum in quo maxima distantia uespertina æqualiter (sicut matutina) colligitur gra. 25. 50. in

... ..

23.30. gra. Tauri. & punctū iter. 18. 10. gra. Aquarii & 23. 30. Tauri in. 5. 50. gra. Arietis.
C Anno rursus. 24. (fm Dionysium) Leonionis die. 28. Vesperī præcedebat spicam
 Mercurius (Vt Hipparcus computauit) paulo plusq̄ tres gra. Vt fm principia nostra
 19. 30. Virginis gradus tunc obrineret & est tempus. 486. annorum a Nabonaffaro
 Pauni fm ægyptios die. 30. Vesperī/ quando medius sol erat in gradibus Leonis. 27.
 50. Fuit ergo maxima a medio motu distantia uespertina graduum. 21. 40. cui exa/
 cte correspondentem matutinam per duas rursus obseruationes computauimus.
 Anno enim. 75. die. 14. Dii mensis fm Chaldeos matutinus Mercurius erat superior
 q̄ fixa quæ est in extremitate Australis forficalis libræ medietate unius brachii/ ut se/
 cundum nostra principia. 14. 10. libræ gradus tunc obtineret/ & est tempus annorum
 512. a Nabonaffaro thot fm ægyptios die. 9. sequente decimo in mane quando me/
 dius sol erat in gradibus scorpionis. 5. 10. Fuit ergo matutina maxima distātia gra. 21.
C Anno etiam. 67. Appellæi fm Chaldeos die quito matutinus superior erat borea/
 li fronte Scorpionis / medietate brachii. Erat ergo fm principia nostra in gradibus
 Scorpionis. 2. 20. Et est tempus anni. 564. a Nabonaffaro thot (fm ægyptios) 27. se/
 quente. 28. in mane quando sol medius erat in Scorpionis gradibus. 24. 50. Fuit er/
 go etiam hæc maxima distantia graduum. 21. 30. Quoniam ergo in his etiam dua/
 bus obseruationibus mediorum quidem motuum excessus graduum. 21. 30. qm̄ er/
 go i his duabus obseruatiōibus mediorū qdē motuū excessus graduū est. 19. 40. ma/
 ximarum autem distantiarum. 1. 30. Sexagesimis uero. 40. unius gradus quibus. 21.
 minoris distantia gradus exceduntur a. 21. 40. Maioris distantia gradibus congruūt
 gradibus. 9. proxime. hos si. 5. 10. Scorpionis gradibus addiderimus/ habebimus me/
 dium motum in quo Matutina distantia equalis efficitur / gradibus uespertina. 21.
 40. obtinentem. 14. 10. gradus Scorpionis/ & est rursus punctum inter. 27. 50. gradi/
 bus Leonis & 14. 10. Scorpionis in. 6. proxime gradibus libræ. **C** Ex istis igitur & ex
 illis quæ in aliis planetis particulariter considerauimus similiter in quinque planetis
 inuenimus diametros quæ per maximas & minimas longitudes sunt ad successio/
 nem signorum circa zodiaci centrum moueri: & motum hunc æque uelocem esse
 motui spheræ fixarum. Nam ut demonstrauius uno proxime gradu in centum
 annis illa mouetur. Sed hic tempus a præfiscis obseruationibus. In quo maxima Mer/
 curii longitudo reperitur (400. fere annorum est quatuor graduum). In. 6. eni gra.
 Arietis erat/ quæ nunc. 10. eiusdem gradus proxime longitudinis motus continet.

Quod Mercurii quoq; stella bis proxima terræ in una reuolutione fit. Cap. VIII

IST HAEC consequenter magnitudines maximarum distantiarū
 præfiscimus quæ fiunt quando medius solis locus in ipsa maxima lon/
 gitudine inuenitur & quando diametraliter ipsi opponitur. Id uero nō
 per præfiscas obseruationes: sed per nostras inuenimus: hic enim maxime
 instrumentalis perspectionis utilitas intelligitur. Nam etiam si non prope obseruā/
 das stellas: certos iam habentes locos fixæ cemuntur/ quod in Mercurio ut plurimū
 accidit/ propterea q̄ raro quæ nobis conscriptæ de fixis sunt: æqualiter Mercurio di/
 stant a sole/ possunt tamen etiā per multam distantiam perspectionem exquisitē
 quærendarum stellarum situs tam per longitudinem q̄ per latitudinem capi.

C Anno igitur Adriani. 19. Athir (fm ægyptios) die. 14. sequēte. 15. Mercurius quoq;
 matutinus & in maxima distantia perspiciebatur ad fixam quæ est in corde Leonis
 obtinebatq; gradus Virginis. 20. 12. Sol autem medius erat in. 9. 15. gra. Libræ/ ut ma/
 xima distantia fuerit graduum. 19. 3.

Eodem anno Pachon. 19. uesperī i maxima rursus erat distātia p̄spectusq; ad ful/
 gentem de succulis obtinere cerebatur grad. Tauri. 4. 20. Sol autem medius. 11. 5.
 Arietis grad. obtinebat. Ita etiam hic maxima distantia. 23. 15. graduum inuenitur.
 Vnde p̄spicuū fit maximā Mercurialis excētrici lōgitudinē nō i Ariete sed i Libra ecē.

His enim datis fit diameter. A. B. C. quæ per maximam longitudinem est & fit
 Almage.

Leonionis


Secundum Chaldeos
Dii mensis

Appellæi mensis


Ab antiquarum obseruationū tēpo
 re in quo maxima mercurii lōgitu/
 do circa 6. Arietis gradu reperiebatur
 per. 400. annos usq; ad Ptolemæi
 obseruationes qm̄ erat in 10. fere gra/
 du eiusdē/ Circiter. 4. (inquit) par/
 tes motū fuisse dephēsum est/ Absis
 itaq; Mercurii unā partē absoluit i
 100. annis ueluti octaua spheræ.

1000. p. 111. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

specti, sicut in obseruationibus Theonis inuenimus maxime a sole distabat Mer-
 curius remotior ad præcedentia a stella quæ in chorde leonis est gradus. 3. 50. ut
 (secundum nostra principia). 6. 20. proxime leonis gradus obtineret / erat autem
 tunc medius sol in gra. cancri. 10. 5. ut maxima distantia uespertina fuerit graduū
 26. 15. ¶ In secundo autem anno Antonini messiori. 23. sequente. 24. in mane nos
 per astrolabium maximam eius distantiam obseruantes perspicientetq; ipsū ad splē
 didam succularum inuenimus enim in. 20. 5. gra. geminorum / medius autem so-
 lis motus erat cancri gradibus. 10. 20. ut maxima distantia inueniatur graduum. 20.
 15. ¶ His suppositis sit per decimū gradum libræ diameter. A. F. B. C. ponaturq; si-
 cut in antecedente descriptione. A. quidem punctum ubi centrum epicycli sit quan-
 do est in decimo libræ gradu. B. autem sit centrum zodiaci. F. ue-
 ro punctum circa quod centrum excentrici ad precedentia circun-
 ducitur. Primumq; proponatur inueniendum quantum distet a pū-
 cto. B. centrum circa quod æqualem motum epicycli ad successionē
 fieri dicim⁹. sit igitur illud. I. & protrahatur per ipsū. I. linea quæ
 re. tos ad. A. G. lineam angulos faciat: ut per quartam partem a ma-
 xima longitudine distet: & ipsa capiatur. T. centrum epicycli secun-
 dum obseruationes præmissas / propterea q; etiam in ipsis medius
 solis locus / qui erat decimus cancri gra. per quartam partem a maxi-
 ma longitudine distat / descriptoq; circa. T. centrum. C. L. epicyclo
 protrahatur a puncto. B. tangentes ipsum lineæ. B. C. & B. L. & con-
 iungantur. T. C. & T. L. & B. T. Quoniam igitur in proposito me-
 dio loco matutina quidem maxima ab ipsa distantia graduum esse
 supponitur. 20. 15. uespertina uero. 26. 15. erit angulus. C. B. L. talium
 46. 30. qualium quatuor recti sunt. 360. quare medietas etiam eius
 hoc est angulus. C. B. T. talium erit. 46. 30. qualium duo recti sunt
 360. arcus ergo chordæ. C. T. talium est. 46. 30. qualium est circulus
 qui. B. T. C. rectangulo circūscribitur. 360. & chorda sua. T. C. taliū
 47. 22. qualium est. B. T. quæ rectangulum subtēdit. 120. quas ob res
 qualium & T. C. semidiameter epicycli. 29. 9. & B. F. demonstrata
 10. 25. talium etiā erit. B. T. 99. 9. ¶ Rursus qm̄ excessus ppositarū maximæ distan-
 tiæ qui est gra. 6. differētiā inæqualitatis zodiaci bis continet / quæ differētiā p̄tinet
 ab angulo. B. T. I. ut iā demonstrauimus erit angulus. B. T. I. taliū quidē. 3. q̄liū qua-
 tuor recti sunt. 360. qualiū uero duo recti sunt. 360. taliū. 6. quare arcus etiā chordæ
 B. T. taliū erit. 6. qualiū est circulus qui. B. I. T. rectangulo circūscribitur. 360. ipsa uero
 chorda. B. I. taliū. 6. 17. qualiū est. B. T. quæ rectū angulū subtēdit. 120. qualiū igit
 est. B. T. linea. 99. 9. & B. F. similiter. 10. 25. talium. B. T. etiam erit. 5. 12. est igit
 B. I. linea medietas proxime ipsius. B. F. & erit utraq; linearum. B. I. & T. F. talium. 5. 12.
 proxime qualium est semidiameter epicycli. 39. 9. ¶ Rursus protrahantur in eadē
 descriptione etiā per. F. punctum in contrariā partē lineæ. I. T. ad. A. C. lineā perpen-
 diculares. F. M. N. in qua erit p̄fecto propter æqualis temporis restitutionem linea-
 rū. I. T. & F. N. ad contrariā centrū excentrici / in quo. T. centrū epicycli est: & suppo-
 nat. F. A. æqualis eē lineæ. F. N. ut etiā. F. N. lineā cōponat sicut & A. F. ex semidia-
 metro excentrici / & lineā quæ est inter centra ipsius dico & puncti. F. capiaturq; in ip-
 sa centrum excentrici & sit. M. coniungaturq; lineā. F. T. qm̄ igitur angulus. M. F. T.
 rectus est / est autē proxime in differens recto angulus etiā. T. F. I. erit lineā quoq; N.
 F. T. indifferens a recta / Est autē demonstratum qualium est semidiameter epicycli. 39
 9. taliū etiā esse lineam. F. N. quæ est æqualis lineæ. A. F. 109. 34. lineam uero. F. T.
 quæ est æqualis lineæ. B. T. 99. 9. earundem / erit igitur tota lineā. M. F. T. 208. 43. &
 medietas eius lineæ. N. M. quæ est semidiameter excentrici. 104. 22. proxime: & re-
 liqua. F. M. quæ est inter centra. 5. 12. est autem demonstrata etiam utraq; linearū. B.
 I. & I. F. 5. 12. Collectum igitur nobis est qualium est semidiameter excentrici
 104. 22. talium esse utraq; ipsarū quæ inter centra sunt. 5. 12. & semidiametrum epi-
 cycli. 39. 9. qualiū igit est semidiameter excentrici. 60. taliū erit utraq; lineæ q̄ sunt



lo secundū astrolabiū collocabat / erat enim sol in .23. gra. tauri obtinebatq;
 medius motus eius in illa hora (secundū demonstratas nobis suppositio/
 nes) .21.34. Tauri gra. lunæ uero ḡ. geminor. .12.14. in æq̄litate aut a maxi/
 ma epicycli longitudine gra. .28.20. Ex istis igitur uerus quidē motus cen/
 tri lunæ in .17.10. geminorum esse colligitur / apparēs autem in .16.20. qua/
 re stella mercurij (quoniam lunam ipsam uno gradu & .10. sexagesimis p̄/
 cedebat) in .17.30. geminorum gradibus erat. ¶ Hoc ita supposito fit per/
 maximam & minimam longitudinem diameter. A. B. C. E. cuius. A. pun/
 ctum in maxima sit longitudine. B. autem sit punctum circa quod excen/
 trici centrum ad præcedentia circumfertur. C. uero ad quod epicycli centrū
 ad successionem signorum progreditur. & D. sit centrum zodiaci. Mo/
 tumq; sit. F. epicycli centrum circa. C. punctum a linea. C. F. per angulum
 A. C. F. circa. B. autem. I. centrum excetrici a linea. B. I. per angulum. A.
 B. I. qui semper propter æqualitatem motuum æqualis est angulo. A. C.
 F. descriptoq; circa. F. epicyclo. T. C. L. supponatur stellā esse in. L. & con/
 iungantur. C. I. & I. F. & D. F. & F. L. & D. L. lineæ & deducatur ad lineā
 quidē. C. F. T. producta; a punctis. I. & D. perpendicularēs. I. M. & D. N.
 ad lineam uero. D. L. perpendicularis. F. X. propositumq; sit inuenire arcū
 epicycli a puncto. T. Maximaē lōgitudinis ad. L. stellæ locū in epy. ¶ Qm̄
 igit medius sol. .21.34. gradus tauri: minima uero stellæ lōgitudō decimū
 Arietis gradū tunc obtinebat: ut medius stellæ secundum longitudinem
 motū distaret a minima longitudine gradibus. 42.34. erit. C. B. I. angulus
 talium. 42.34. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti
 sunt. 360. talium. 85.8. uterq; autem angulorum. B. I. C. & B. C. I. quoniā
 B. C. lineā semper æqualis est lineæ. B. I. earundem. 137.26. quare descri/
 pti circa. B. C. I. triangulum circuli arcus quidē chordæ. I. C. talium est
 85.8. qualium ipse circulus. 360. arcus uero chordæ. B. C. 137.26. earūdem
 chordæ quoq; suæ. C. I. quidē talium erit. 81.10. Qualium ē ipsius circu/
 li diameter. 120. B. C. autem. 111.49. earundem / ergo. C. I. quoq; lineā ta/
 lium erit. 2.11. qualium est. B. C. trium. ¶ Rursus quoniam. B. C. I. angu/
 lus talium est. 137.26. qualium duo recti sunt. 360. angulus uero. B. C. M.
 85.8. earundem / erit etiam angulus. I. C. M. reliquarum. 52.18. quare arcus
 quidē chordæ. I. M. talium est. 52.18. qualium est circulus qui. C. I. M. re/
 ctangulo circumscribitur. 360. arcus uero chordæ. C. M. reliquarum ad se/
 micirculum. 127.42. chordæ igitur etiam suæ. I. M. quidē talium est. 52.
 53. qualium est. C. I. quæ rectum angulum subtendit. 120. C. M. uero. 107.
 43. earundem: Quare qualium est. I. C. lineā. 2.11. & I. F. semidiameter deferentis
 epicycli. 60. talium etiam est. I. M. o. 58. & C. M. 1.58. Iccirco etiam lineā. M. F.
 quæ indifferente aliquo est minor q̄. I. F. earundem erit. 60. & reliqua. C. F. lineā
 58.2. similiter quoniam. D. C. N. angulus talium est. 85.8. qualium duo recti sunt
 360. erit etiam arcus chordæ. D. N. talium. 85.8. qualium est circulus qui. C. D. N.
 rectangulo circumscribitur. 360. arcus uero chordæ. C. N. reliquarum ad semicircu/
 lum. 94.52. chordæ igitur etiam suæ. D. N. quidē talium erit. 81.10. qualium est
 C. D. quæ rectus angulus subtenditur. 120. C. I. uero. 88.23. earundem / qualium igitur
 est. C. D. quidē. 3. & C. F. 58.2. demonstrata talium erit. D. N. 2.2. & C. N. 2.13.
 & N. F. 55.49. reliquarū & propterea. D. F. quoq; q̄ rectus angulus subtendit talium
 55.51. proxime qualiū est epicycli etiā semidiameter. 22.30. qualiū ergo est. D. F. lineā
 quæ rectus angulus subtendit. 120. taliū etiā erit. D. N. chorda. 4.22. & arcus suus ta/
 liū. 4.11. qualiū est circulus / qui. D. F. N. rectangulo circūscribit. 360. quare angulus
 quoq; D. F. N. taliū est. 4.11. qualiū duo recti sunt. 360. Totus uero angulus. E. D. F.
 89.19. est autē ad hæc angulus quoq; totus. E. D. L. 135. earundem propterea q̄ stella
 tunc. 67.30. distare a maxima longitudine apparebat / angulus uero. F. D. L. reliqua/
 rū partium. 45.41. quare arcus quoq; chordæ. F. X. talium est. 45.41. qualium est cir/
 culus qui. D. F. X. rectangulo circūscribitur. 360. ipsa uero lineā. F. X. talium. 46.35.
 qualium est. D. F. Quæ rectum angulum subtēdit. 120. qualium ergo est. D. F. lineā



A. D. L. 54. 40. earundem esse suppositus est propterea quod stella in obseruatione, 27. 20. gradibus a maxima longitudine distabat. Vt reliquus est angulus. F. D. L. 31. 12. talium reliquarum qualium duo recti sunt. 360. quare arcus etiam chordæ. F. X. talium est. 31. 12. qualium est circulus qui. F. D. X. rectangulo circumscribitur. 360. ipsa uero linea. F. X. talium. 31. 16. qualium est. D. F. qua rectus angulus subtenditur. 120. qualium igitur est. D. F. linea. 64. 7. hoc est. F. L. epicycli semidiameter. 22. 30. Tali-
 lium. X. F. linea erit. 17. 15. 3. qualium uero. F. L. Qua rectus angulus subtenditur. 120. erit ipsa. F. X. 92. partes proxime arcus igitur etiam chordæ. F. X. talium est. 100. & se-
 xagesimarum. 8. qualium est circulus qui. F. L. X. rectangulo circumscribitur. 360. Qui autem est sub. F. L. X. angulus talium est. 108. qualium duo recti. 360. Sed an-
 gulus etiam. F. D. L. 31. 12. earundem demonstratus est. & T. F. C. 3. 48. similiter qua-
 re. C. F. L. quoque reliquus talium quidem est. 65. 8. qualium duo recti sunt. 360. qua-
 lium uero quatuor recti sunt. 360. talium. 31. 34. ¶ Distabat ergo etiam secundum
 hanc obseruationem mercurius ex. C. quidem minima epicycli longitudine gradi-
 bus. 32. 34. Ex maxima uero longitudine gradibus. 12. 34. demonstratus autem est
 distare a maxima similiter epicycli in tempore nra obseruationis gra. 99. 27. & fuit
 tempus inter duas obseruationes ægyptiacorum annorum. 402. & dierum. 283. &
 horarum. 13. 30. proxime quod quidem tempus integras inæqualitatis restituti-
 nes stellæ huius. 1268. continet nam cum. 20. ægyptiaci anni. 63. proxime contineat
 restitutiones colliguntur in annis quadringentis. 1260. reliqui autem duo anni si-
 mul cum dierum numero alias octo integras continent quare perspicuum nobis
 factum est quod in annis ægyptiacis. 402. & diebus. 283. & horis. 13. 30. Mercurii stella
 ad integras. 1268. restitutiones: & 246. 53. gradus addidit. Quot gradibus obserua-
 tio nostra præscam excedebat totidem autem ferme post integros circulos per tabu-
 las nobis expositas gradus colliguntur ab his enim ipsis periodicos mercurii mo-
 tus emendauimus dato tempore in dies resolutum inæqualitatis uero circulis in
 gradus gradibus & additis qui post integros circulos superfuerant: Multitudine
 namque graduum per multitudinem dierum diuisa diuisus inæqualitatis mercurii
 motus ille colligitur. Qui nobis expositus est.

De locis periodicorum motuum Mercurii.

Cap. XI.

TIGITUR sicut in sole ac luna sit etiam in quinque planetis locos ipso-
 rum ad primum Nabonassari annum thot secundum ægyptios die primo
 in meridie constituamus: capimus tempus ab anno illo ad antiquiore
 & propinquiorem obseruationem id est annorum ægyptiorum. 483. die-
 rum. 17. & horarum. 18. 20. proxime colligitur cui tempore post integros circulos in
 medio inæqualitatis motu ascribuntur grad. 190. 39. quos si subtraxerimus a gradibus
 maximæ longitudinis. 12. 34. quos in tempore obseruationis inuenimus habebimus
 In primo Nabonassari anno thot secundum ægyptios die prima in meridie inæquali-
 tatis quidam a maxima epicycli longitudine gradus. 21. 55. longitudinis uero (sicut in
 sole) piscium. 0. 45. maximam uero excentricitatis longitudinem in. 1. 10. grad. libræ cæ-
 resima enim pars propositorum annorum partium est. 4. 50. proxime quibus. 1. 10. exce-
 duntur ab obseruationis gradibus libræ sex.

INCIPIIT LIBER .X. MAGNAE COMPOSITIONIS PTOLEMAEI.

Demonstratio maximæ longitudinis stellæ Veneris. 2.

Cap. I.

QUOD MERCVRII quidam suppositiones inæqualitatumque magnitudi-
 nes: & periodicorum motuum quantitates locique eius hoc modo a nobis
 capti sunt in Veneris autem stella primū rursus quæsumus in qua parte circuli per
 mediū signorum maximæ & minimæ excentricitatis longitudo iuciret per æquæ
 les ad eandem partem maximas distantias: quæ quæ ad res præscas obseruationes
 non potuimus exquiras hære: Sed ab obseruationibus nostris hæc nobis